

Perspiciensque diu , capiti(46) dat mox decus  
almo ,  
Et benedixit : ave fœmina amata Deo .  
Sit tibi vita , falus longos distincta per annos ,  
Conjugis observes semper amata thorum .  
Multaque præterea cumulavit munera Praeful ,  
Aurum , seu vestes , quæ sibi Roma dedit .  
Dona dat Augusto , Augustæ , sobolique venustæ ,  
Et famulis tribuit ordine dona suo .  
Cæsar ei grates sapiens persolvit opimas ;  
Muneribus Stephanum mox onerare jubet .  
Pocula bina dedit gemmis auroque polita ,  
Cum quibus is Bacchi hauriat hausta Sacer .  
Cornipedū glomerat præstantia corpora necnon ,  
Qualia Francorum gignere terra solet .  
Aurea dona ferunt , argentea vase sequuntur ,  
Pallia rubra , simul candida linteola .  
Plura quid hinc memorem nam centuplicata  
recepit .

Munera Romanus (47) quæ arcibus extulerat :  
Hæc Sacro ; at famulis Cæsar bonitate repletus  
Congrua dona dedit pro pietate sua .  
Pallia tincta quidem , nec non & corporis apta  
Tegmina , Francorum more peracta bono .  
Donat equos variis præstantia colla ferentes ,  
Quorum vix poterant scandere dorsa sui .  
Hoc Sacer , & famuli iæstantes munere doni  
Cum libitu Romanum mox repedare parant .  
Missi quin etiam lecti mittuntur honore ,  
Qui revchant Stephanum in sua Regna Sacrum .  
Cæsar at ipse pius Compendia (48) teæta revisit  
Lætus cum propria conjugi , seu lobole .  
Bigo (49) fidelis obit ; narrantur funera Regi .  
Invitusque suum deserit heu dominum .  
Diffusitque dapes (50) , nec non partitur honorem  
In sobolem propriam Cæsar amore patri .  
Denique fama sonat latum vulgata per Orben ,  
Quod pius Induperans Regna novare (51)  
cepit .

Ordinat electos Cleri , notosque fideles ,  
Quorum vita sibi cognita , five placens ,  
Qui peragrent urbes Regni , Cœnobia , Castra ,  
Cuncta sui implentes iussa benigna viri .  
Eja , ait , o famuli nostro nutrime freti ,  
Sive patris Caroli quos bene dogma docet ,

(46) Audi Theganum paria scribentem : Irmgardam  
Reginan appellavit Augustam , & posuit corona  
nam auream super caput ejus . De hoc nihil  
apud Eginhardum , neque apud Auctorem  
Viræ Ludovici Pii .

(47) Scribendum , si quid video , Romanis , ut co-  
puletur cum arcibus . Munera , quæ inter Ste-  
phanum Papam , & Ludovicum Pium inter-  
cessere , memorarunt reliqui etiam serum Fran-  
cicarum Scriptores ; sed nemo tam affluenter ,  
ac Poeta notiter . De Pontifice isto Agnellus  
in Vita Martini Archiepiscopi Ravennatis  
Tom. II. Collectionis hujus hæc scribit : Et  
hic in Franciam Popa ad Ludovicum Impera-  
torem ( supple profectus ) quidquid postulavit  
ab eo , obtinuit .

(48) Hifce perætis , si Theganum audiamus , Im-  
perator Remis recedens , venit Aquifram Pa-  
latum . Sed accurrit Auctor Viræ Ludovi-  
ci scribit : Imperator ad Compendium (nunc  
Compiègne ) secessit &c. Moratus autem ibidem  
vixit vel eo amplius diebus , Aquifram by-  
maturus petuit .

(49) Ut supra vidimus , Comes Parisenis , atque  
ita Ludovico Augusto carus , ut filiam Impera-  
toris ipsius duxerit uxorem , sicuti fidem fa-  
ciunt Annales Lambeciani , & Hildenshei-  
menses ad hunc ipsum annum 816. ubi is  
Piccopinus & Bigo appellantur : filia vero Impera-  
toris Elpheid . Hanc Alpaidem nobis no-  
minare licet , ut aliis licet . Tetsa Poeta  
nostro Comiti huic Bigo nomen fuit . Si pre-  
fusus Theutonicorum more vox ita pronuntie-  
tur .

Tom. II. Par. II.

A Intenti nostris omnino insistite jussis ,  
Et mea verba pio pectori suscipite .  
Res equidem peragenda manet fatis ardua  
vobis ,  
Sed bona credo quidem , aptaque Christicolis .  
Ecce operante Deo , patrumque labore fidelis ,  
Limina Regnorum inviolata manent ;  
Famaq; Francorum hostes procul expulit atros ;  
Vivimus en lati , pacificèque , piè .  
Sed quia non bellis certandum est , ducimus aptū ,  
Ut nos subiectis congrua jura demus .  
Nam prius Ecclesiæ cultueng; decufq; requiram ,  
Unde mei patres nomen in astra ferunt .  
Nam mihi mente fedet , dederim quod nuper  
in Orbem  
Legatos , populos qui pietate regant .  
Nunc nunc , o Missi , certis insistite rebus ,  
Atque per Imperium currite rite meum ,  
Canoniquemque gregem , sexumque probate  
virilem ,  
Fœmineum (52) nec non , quæ pia castra  
colunt .  
Qualis vita , decor , qualis doctrina , modusque ,  
Quantaque religio , quod pietatis opus .  
Pastorique gregem quæ convenientia jungat ,  
Ut grex Pastorem diligat , ipse ut oves .  
Si sibi clausfra , domos , potum , tegimenque ,  
cibumque  
Prælati tribuant tempore , five loco .  
Haud aliter complere queunt ex ordine cultum  
Divinum , nisi hæc det pia cura patrum .  
Sed tamen Ecclesiæ vires penfentur , & arva  
Congrua , five loca fertiliora minis .  
Inventa prorsus rotulis committite cordis ,  
Et mihi sollicitè cuncta referre placet ,  
Qui bene , quive minus , medique , nihilque  
(quod abfit )  
Vivant , seu teneant dogmata prisca patrum .  
Hæc ego perpaucis vestris nunc infero verbis  
Auribus ; ast vosmet querere plura decet .  
Legatos etiam Monachoru (53) ex ordine lectos  
Cæsar adesse jubet , qui sua iussa colant ,  
Quos iterum mittat per sacra Monastica castra ,  
Et rogat inquirant , ut pia vita meet .  
Vir Benedictus (54) erat cognomine dignus  
eodem ,

D  
tur , inde exsurgit Picco , atque adeo intelli-  
gas , Bigonem & Piccopinum unum idemque  
nomen fuisse .  
(50) Pro substantiis , & non femel , apud hunc  
Poetam occurrit . Partitur honorem , ut subin-  
de legitur , fatis ostendit , dignitates Bigonis  
divitas fuisse inter ejus filios . Ergo ex iis  
unus confitetur fuerit Comes Parisiensis .

(51) An potius cupit ?  
(52) Hoc est Sanctioniales , quarum etiam mores  
& claustra cognoscere , ac emendare Cæsa-  
rei Missi olim conseruere , non fecus ac Mo-  
nachorum & Canonorum . Vide Capitularia  
Regum Francorum , uti & Leges Lango-  
bardicas part. II. Tom. I. Collect. hujus ,  
ubi alias similes admonitiones ad Missos oc-  
currunt .

(53) Duo Missos simul per provincias mittere mos  
fuit , quorum unus Laicus , alter Clero ad-  
dictus . Episcopi ergo , aut Abbates ad id mu-  
neris eligebantur , quorum etiam nomina in  
Placitis eorum temporum leguntur . Episco-  
pos tantum & Comites exhibet nobis Capitu-  
lare ejusdem Ludovici spectans ad Annum  
823. Tom. I. pag. 640. Baluzii . Sed hacc  
speculant ad Annum 816. & 817. atque ad  
tempora Conciliorum Aquitanensem .  
(54) Prissimus ac celeberrimus Abbas Anianensis ,  
ac poeta Indenfis , cuius Vitam habes in  
Actis Sanctor. Benedictin. Secul. IV. part. I.  
pag. 194. Ejus Monasterium situm fuit in  
Gallia Narbonensi , five Occitania , atque in  
Dioecesi olim Magalonensi .